



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Distinctio. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

dfio Iesu, dicitur de eo in Psal. 39. Misericordia tua et
veritas tua semper susceperunt me. Non est igitur
leuis gratie huius distinctio, ut heretici latrant, qui
gravi scripture sancte atque ecclesie autoritate fulci-
tur. At vero quoniam necessaria sit ipsa gratia homini sal-
uando, subiecta declarant. **¶ Distinctio. II.**

¶ Homo quippe in natura rationali conditus, et ad
supernaturale bonum. i. ad diuine nature partici-
pationem ordinatus, per originalem iustitiam ha-
bebat inferiores vires subiectas rationi. Ratio ve-
ro a deo perficiebatur ei subiecta. Verum per peccatum
primi parentis, hec iustitia originalis subtracta est.
Et ideo omnes vires anime, proprio ordine quo natu-
raliter ordinabantur ad virtutes, remanent quor-
dammodo destitute. Et ipsa destitutio, vulneratio
nature dicitur. hec autem vulneratio ad intima essentiamque
anime pertingens, omnes vires eius destituit, et ho-
minem inutilem fecit, iuxta illud Psal. 13. et. 52. Omnes
declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui fa-
ciat bonum, non est usque ad unum. Considerare nunc
libet, quomodo multimoda gratia huic destituto et inutili
homini opus sit, ut restitutus operetur ea, que se-
cundum naturam suam sunt, et ea que naturam suam ex-
cedunt. Primo, sicut omnes creature indigent virtu-
te et gratia diuina in omnibus, ea mouente. Nam
ad motum non solum requiritur ipsa forma, que est
principium motus vel actionis, sed etiam requiritur
motio primi mouentis. Omnes autem motus tam cor-
porales quam spirituales, reducuntur in primum mouens
simpliciter, quod est deus. Et ideo quantumcumque na-
tura aliqua corporalis vel spiritualis ponatur perfe-
cta, non potest in actum procedere, nisi moueatur a
deo. Secundo indiget homo gratia diuina, que
eum curet in his que sunt ei secundum naturam. Quia
tametsi in statu nature integre (quantum ad sufficien-
tiam virtutis operatiue) poterat per sua naturalia
velle et operari bonum, sue nature proportionatum,
quale est bonum virtutis acquisite, in statu tamen na-

M p p p p p

p moy pa

na viria

ta est

na sub

trata e

gloria

spedite

ay nam

ture corrupte, etiam deficit ab hoc quod secundum naturam suam poterat, ut non possit totum homini bonum implere per sua naturalia, ita ut in nullo deficiat. Potest tamen aliquod bonum particulare agere, quia natura eius non est ex toto corrupta. Tertio indiget homo gratia divina in illis que sunt supra naturam suam, hoc est, ad promerendam vitam eternam. Actus enim perducetes ad finem, oportet fini esse proportionatos. Nullus autem actus excedit proportionem principij actui. Vita vero eterna est finis excedens proportionem humane nature. Concluditur ergo, hominem per sua naturalia non posse producere opera meritoria vite eterne, quia opus est ad hoc altiore virtute, et hec est virtus gratie. Perspicuum est igitur non posse hominem sine gratia mereri vitam eternam. Hanc autem gratuita virtute supersaddita virtute nature, indiget in statu nature integre ad unum duntaxat. scilicet ad volendum et operandum bonum supernaturale. In statu vero nature corrupte, quantum ad duo videlicet, ut sanetur, ac deinde ut bonum virtutis supernaturalis operetur, quod est meritorium. Gratia ista est supernaturale quoddam habituale donum, a deo homini infusum, secundum quod suaviter et prompte ab ipso movetur ad bonum eternum consequendum. Quemadmodum et res naturales a deo motae ad bonum naturale habendum, formas aliquas et virtutes habent, que sunt principia actuum, ut secundum seipsas inclinentur in homini motus, et sic motus quibus a deo moventur, fiant creaturis ipsis seu rebus naturalibus conaturales et faciles, iuxta illud Sapientie 8. Disponit omnia suaviter. Istud donum constituit hominem in naturam divinam participatam, secundum quam virtutes infuse ipsum disponunt, appellaturque participatio ista, lumen gratie. Sicut enim lumen naturale rationis est aliquid, preter virtutes acquiras (que dicuntur in ordine ad ipsum lumen naturale, ita etiam ipsum lumen gratie, quod est participatio divine nature, secundum quod dicitur

sup nam

I. Petr. 2. Maxima et pretiosa vobis promissa donavit, ut per hec efficiamini diuine consortes nature, secundum quam etiam regeneramur in filios dei, est aliquid preter virtutes infusas, que a lumine illo deriuantur, et ad illud lumen ordinantur. Sicut enim virtutes acquisite, perficiunt hominem ad ambulandum secundum quod congruit lumini naturali rationis, ita virtutes infuse, perficiunt hominem ad ambulandum secundum quod congruit lumini gratie. Quapropter sicut gratia est prior virtute, ita habet subiectum prius potentis anime, que sunt propria subiecta virtutum, ita ut sit in essentia anime. Sicut enim per potentiam intellectiuam homo participat cognitionem diuinam per virtutem fidei, et secundum potentiam voluntatis amorem diuinum per virtutem charitatis, ita etiam per naturam anime participat secundum quandam similitudinem naturam diuinam, per quandam regenerationem siue recreationem. Dictum est autem supra, quod per peccatum anima vulnerata est, que vulneratio pertinet usque ad intima et essentiam eius. Adcirco ut restituatur, essentie anime gratia diuina infunditur ut sanetur, et consequenter in altiozem naturam transformetur, hoc est, diuinam per participationem, hoc enim per gratiam congrue fit, quia gratia nobilior est quam natura anime, in quantum est impressio vel participatio diuine bonitatis, non est tamen nobilior quantum ad modum essendi, cum natura anime substantia, gratia vero accidens sit. Dixi etiam in superioribus, omnes anime vires per peccatum manere quodammodo proprio ordine destitutas. Et ideo indigent virtutibus que a gratia deriuantur ad cognoscendum, volendum, et operandum bonum, non tantum secundum proportionem humane nature, verum etiam ad bonum excedens proportionem hanc quod est meritum vite eterne. Unde ponitur in intellectu virtus fidei, que est de credendo que humano non prospiciunt intellectu, nec ratione indagantur, iuxta illud ad Hebre. II. Fides est substantia sperandarum rerum

argumentū non apparētium. Virtus spei ponitur
in voluntate, et est certa expectatio future beatitu-
dinis, veniens ex dei gratia, et ex meritis precedē-
tibus. Expectatio hec respectum importat ad diu-
inum auxilium, siue differatur id quod sperat siue nō.
Virtus vero charitatis ponitur similiter in volun-
tate et affectione, in qua est amor. Est enim charis-
tas amor quidam fundatus sup cōicatione eterne
beatitudinis. Et est dilectio qua diligitur deus pro-
pter se, et proximus propter deū vel in deo. De his
virtutibus dicit Apłus. I. Cor. 13. Nunc autē ma-
nent fides, spes, charitas tria hec. In quibus ver-
bis innuitur ordo quidam, qui est inter ipsas quan-
tum ad actus, nam quantū ad habitum simul infun-
duntur. Ordine generationis vel imperfectiōis p̄-
cedit fides spem et charitatem, itemq; spes chari-
tatem. Non enim pōt motus appetitus in aliquid
tendere amando vel sperando, nisi illud sit appres-
hensum sensu vel intellectu: per fidem autē appres-
hēdit intellectus que sperat et amat. Similiter ex
hoc, qd aliquis sperat bonum aliquod, procedit ad
amandum ipm bonum. Ordine vero perfectionis
charitas precedit fidem et spem, qz vtraq; istarum
per charitatem format, et habet perfectionem vir-
tutis: ideo dicit Apłus, Maior horū est charitas.
Sunt preterea he tres virtutes connere adinuicē
scdm esse suum perfectū. Sed qñ fides et spes sunt
informes et sine gr̄a, sicut sunt in malis hominibus,
tunc etiam sunt sine charitate. Charitas vero nun-
q̄ est sine fide et spe: connere sunt etiam virtutes
iste donis spūs sancti. Nam qui charitatem habet,
etiam spūs sanctum habet. Unde dicit ad Ro. 5. Cha-
ritas dei diffusa est in cordibus nr̄is per spūs san-
ctum, qui datus est nobis. Habens vero spūs san-
ctum, habet dona eius, que ponuntur Isai. II. Sa-
pientiam, intellectum, cōsilium, fortitudinem, sciē-
tiam, pietatem et timorē: hec necessaria sunt homi-
ni, nam licet per theologicas virtutes prefatas, con-

fungatur deo, a quo mouetur ad supernaturalē bea-
titudinem, non tñ per eas redditur prompte mobi-
lis ab ipso. Quapropter opus habet, vt per habi-
tus quosdā hoc assequatur. i. prompte mobilis ad
imperium seu instinctum diuinū efficiatur (hoc est
per dona spūs sancti) quemadmodū per morales
virtutes disponitur z perficitur, vt sit bene mobi-
lis ad imperium rōnis, de his donis dicit I. Joh. 2.
Sicut vnctio docet vos de omnibus. His etiā vir-
tutibus theologiacis, cōnere sunt virtutes morales
infuse scđm esse ipsarū perfectum: Quia virtutes
morales non possunt esse perfecte perfectione, in
vltimū finem ducente, nisi sint cum fide, spe, z cha-
ritate. Virtutem infusam moralē diffinit Aug⁹ lib.
2. de libero arbi. dicens: Virtus est bona qualitas
mentis, qua recte viuatur, qua nemo male vitur,
quam deus in nobis sine nobis operat, qz ipse pñ-
cipaliter operatur, adultis tñ p̄sentientibus vel co-
operantibus, secus de pueris, qz testante eodem:
Qui creauit te sine te, nō saluabit te sine te. Si ve-
ro huius diffinitionis vltima particula auferatur,
tunc ipsa cōis erit virtutibus infusis z acquisitis.
Et quibus inter se virtutes morales infuse, z virtutes
morales per actus frequentatos acquisite multum
differant (cum ille perficiant hoīem z disponāt ad
supernaturalem beatitudinē, vt viuat scđm deum,
iste vero perficiant z disponant eum ad beatitudi-
nem sibi connaturalem, vt viuat scđm dictamen re-
cte rōnis; ille per actus suos mereatur vitam eter-
nam, iste non nisi gr̄a comite: ille corumpantur p̄
vnum actum pcti mortalis, iste non corumpatur
per vnum actum contrariū zc.) tñ sunt circa eandē
materiam z in eodem subiecto, et eisdem nomini-
bus exprimuntur, z eo modo diffiniuntur, cadūtqz
sub precepto, qz precepta dantur de actibus vir-
tutum. Tenemur enim scđm humanā naturam vi-
uere. i. scđm dictamen recte rōnis, et hoc virtutes
morales in nos efficiunt. Sunt autē principales

Virtus

Virtutes, siue infuse, siue acquisite, quibus alie (tan-
q̄ earum partes) coniunguntur quatuor videlicet,
prudētia, iustitia, fortitudo, temperantia. Est autē
prudētia (sc̄dm Ph̄ūm) recte ratio agibilium. Iu-
stitia (sc̄dm iurisperitos. ff. de iust. z iure. l. iustitia)
est perpetua z p̄stans voluntas, ius suum vnicuiq̄
tribuens. Fortitudo (sc̄dm Tullium) est p̄siderata
periculorū susceptio, z laborum perperessio. Impoz-
tat autē firmitatē animi in sustinendis et repellēdis
ijs, in quibus maxime difficile est firmitatē habes-
re, hoc est in grauibus q̄bueq̄ periculis, proprie
autē est circa pericula mortis. Temperantia (sc̄dm
Aristoz) est qualibido z p̄cupiscentia refrenatur.
Est autē principaliter circa delectationes tactus:
secūdarīo vero circa gustum, qui est quidā tactus,
circaq̄ delectationes aliorū sensuum. Per has vir-
tutes (maxime per infusas) curantur vulnera natu-
re per pctm̄ inflicta, que (teste venerabili Beda)
sunt ignorantia, curaturq̄ per prudētiā: malitia,
z curatur per iustitiam: infirmitas, curaturq̄ p̄ for-
titudinem: p̄cupiscentiā, et curatur per temperan-
tiam. Recuperata sanitate, incipiunt homini sape-
re fructus sui. i. opera sua, que sc̄dm dictamē recte
rōnis, ab eo tanq̄ ab arbore p̄cedunt, vel p̄cedūt
ab eo sc̄dm altiorē virtutē, que est virtus sp̄ū san-
cti, z tūc sunt fructus sp̄ū sancti, q̄s enūerat Ap̄ls
ad Gala. 5. Sic tandem attingit ad gustandū bea-
titudines, in quibus perfectius excellentiq̄ in-
uenitur d̄ fructus, de quibus h̄c Āsat. 5. Ille em̄
btitudines etiam in hac vita, sc̄dm quandā partici-
pationē z gustum possidētur, teste br̄o Aug. Huc
usq̄ de primo membro quo innuebatur, q̄ p̄ bona
opera, nemo p̄t mereri primā gr̄am gratū facien-
tem, nec eternam btitudinem sine gr̄a gratū facien-
te. Quis gr̄a gratum faciens, nobilior est ipsa ani-
ma: Idcirco actus meritorius ipsius anime natu-
ralis, non est proportionatus ipsi gratie, non ergo
p̄t ad eam merēdo attingere. Sed postq̄ animus

prudētia
iustitia
fortitudo

Temperantia

fructus ho-
minis

a deo primam gratiam gratum faciente adeptam fu-
erit, tunc potest per gratiam, que primo iustifica-
tionem operabatur, promereri augmentum gra-
tie et eternam felicitatem, gratia ipsa cooperan-
te: Hec est doctrina sanctorum doctorum, et matris uni-
uersalis ecclesie, quam negare impium est. Sed de
hoc inferius latius. Hanc autem materiam extendi et
latius descripsi, propter eos, qui eius notitiam non
habent, ut videant quanta requiruntur ad iustifica-
tionem peccatoris, et omnis saluandi hominis. Sine his
omnibus, deperis virtutibus acquisitis, quo ad ali-
quos, nemo saluabitur. Que tamen infinita vis diuina
subito operari potest. Impositores pessimi videant,
qualiter seducunt miseros, promittentes eis eternam
salutem per solam fidem, et confidentiam diuine mi-
sericordie, cum fides sit solum de lumine, vel lumene
credendorum, et eius actus sit credere, et ostendit vo-
luntati diligenda et volenda. Que omnia etiam com-
munia sunt nobis cum demonibus. Confidentia et
iam diuine misericordie innixa, sine gratia et chari-
tate (que secundum sanctum Gregorium magna operatur
ubi est, si autem operari destiterit, charitas non est)
frustrabitur sua spe, quia deus iustus est, et punit pec-
catores, qui non egerunt penitentiam in gratia et cha-
ritate dei. Utinam, sicut peccatores diligunt miseri-
cordiam, ita diligerent iustitiam, (secundum dictum Sa-
pientis Sap. I. Diligite iustitiam) ut conformes es-
sent domino: de quo dicitur psalm. 32. Diligit miseri-
cordiam et iudicium. Sed dicunt illud Jacobi. 2.
Misericordia superexaltat iudicium. Verum est.
Sed ubi sedebit, id est, ubi quiescet dominus miseri-
cor et miserator et iustus: dicitur in psalm. 56. Ius-
titia et iudicium correctio sedis eius. Anima iusti
sedes est sapientie. Sic igitur exaltat misericordia
iudicium, ut tamen de iudicio nihil pereat. Hec pes-
sima presumptione plures perseverant in malitia
sua, et pereunt, dicentes: Deus est misericors. Quod
autem dicunt, qui fidem habet, habet omnes vir-



tutes, falsum est, vt per diffinitionem eorum superius patuit; immo nec actus eius, scilicet credere, meritorius est, nisi a voluntate ex charitate impetratur: Alias demones mererentur, quis ipsi credunt. Beatus Leo papa in homilia super euangelium, Videns Iesus turbas, sic ait: Nihil est aliud diligere deum, q̄ amare iustitiam.

Distinctio .III.

Cunc secundum membrum, quo insinuabatur quod adultus sine omni opere per solam gratiam non potest mereri eternā beatitudinem, prosequamur: Sciendum est igitur, quod dicere hominem non posse cōsequi eternam beatitudinem sine operibus per solam gratiam, hoc ita accipiendum est, non propter insufficientiam diuine virtutis beatificantis, qui vtiq̄ bonorum nostrorū non eget, psalmo. Is. nec propter defectum misericordie misericordie dei, sed vt p̄seruet ordo in reb⁹. Nulli dubium si vellet deus, posset hominem simul facere recte tendentem in vltimum finem, et aptum ad recipiendum ipsum vltimum finē, et ipsum finem consequentem, qui est ipsa beatitudo, sicut fecit in Christo, cuius anima statim in principio sue creationis, absq̄ aliqua operatione meritoria precedente, fuit beata. Sed hoc est singulare in ipso, eo quod per ipsum beatitudo erat ad alios deriuanda, secundum illud Apostoli ad Hebreos. 2. qui multos filios in gloriam adduxerat. Debebat ergo ipse perfecte habere, quod alijs daret. Non autem in corpore, sed in anima, vt opus redemptionis nature humane impleteret in corpore, et suo exemplo doceret filios, quo merito ab eo beatitudinem participarent. **S**portuit enim (ait de seipso) Christum pati, et ita intrare in gloriam suam. Ideo docet: **Q**ui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus. **M**atth. decimo, et Luc. 14. **Q**ui non baulat crucem suam, et venit post me, nō potest meus esse discipulus: et iteꝝ **M**atth. 16. **S**i quis vult post me venis